

invenire poterunt. Rursus contendebatur inter eos an liceret predictis de Vellate tensare pratum illud quod nominatur Vivarium et seccare, in quo ipse archipresbiter in concordia habet ius pascendi cum omnibus suis bestiis per totum annum, vel an sine tensa liceret eis ipsum Vivarium seccare; quod predictus archipresbiter omnino fieri vetabat, ideo videlicet quia si licentia vel ius seccandi eis in ipso Vivario daretur, ius suum pascendi quod in eo habet valde minueretur. Erat insuper alia inter eos contentio an eadem iura competenter ipsi archipresbitero in alio nemore quod est faetum atque cerretum et quod est sursum in capite Vivarii iuxta confinia et territorium de Brincio que competit in predictis aliis nemoribus scilicet Gazio et alio Cerreto. Aliud postmodum erat inter eos litigium veluti an prefatus archipresbiter haberet ius pascendi in aliis pratis que sunt ex parte mane montis et que ipsi de Vellate soliti sunt tensare, in quibus ipse archipresbiter ante tensam [et post] tensam seu custodiam ius pascendi habere debere asserebat; que omnia in predictis nemoribus et pratis sibi competere quam pluribus publicis instrumentis et testibus hostendebat. De predictis vero hominibus in prefato monte iuxta predictam basilicam Sancte Marie habitantibus an eis liceret cum eorum bestiis pascere in prenominato Vivario et in predictis aliis pratis que sunt ex parte mane montis in quibus archipresbiter ius pascendi habet ante tensam et post tensam necne querebatur; quod ipsi de Vellate penitus negabant; set ipse archipresbiter prefatos suos homines ius escandi et pascendi porcos in iamdico Gazio et ius pascendi alias suas bestias in prefato Vivario et in aliis pratis que tensari solent habuisse, per longissima tempora possedisse quam pluribus probavit testibus. Postremo vertebatur inter eos alia questio utrum illud idem ius haberet archipresbiter pascendi scilicet, tollendi ligna in illo alio cerreto quod est ex parte mane montis quod ipse habet in predictis aliis nemoribus necne; coheret siquidem ipsi cerreto a mane terra et buscum quod ipsi de Vellate tenent ex parte domini archiepiscopi, a meridie sunt terre hominum de Vellate, a sero sursum desuper tenent homines et vicini de Massenago, a monte sunt predicta prata que homines de Vellate solent tensare et in quibus archipresbiter ius pascendi ante tensam et post tensam sibi et predictis suis hominibus asserit competere; et finis ipsius cerretri non debet ultra procedere vel produci versus montes ab illo capite quod est deorsum aut ab illo quod est sursum iuxta buscum et terram illorum de Masse[nago, nisi] quatenus est predictum buscum et nemus [quod est] illorum de Massenago. His et multis aliis hinc inde visis et auditis ipse Azo talem protulit sententiam. In primis dixit ut non liceat predictis de Vellate inter se prefatum Gaziū dividere, et si qua inter eos divisio facta est, non valeat. Item dixit ut non liceat eis ligna de ipso Gazio vel de Cerreto quod est iuxta ipsum Gaziū vendere vel donare. Item dixit ut non liceat eis castaneas de ipso Gazio excutere et domi deferre, set pro esca et utilitate tam suorum porcorum quam archipresbiteri in ipso monte debeant dimittere. De predictis octo modiis castenearum quas pro custodia et campania ipsius Gaziū ipsi de Vellate dicebant debere tollere desuper toto ipso Gazio laudavit ipse Azo, si ipse archipresbiter iuraret ad evuangelia per suum advocationem quod iure tollere non debent, ut de cetero ipsis castaneas nullatenus tollant, aut, si iurare noluerit, refferat sacramentum ipsis de Vellate, qui si iuraverint iure debere tollere, deinde habeant potestatem tollendi desuper toto Gazio ad parvam mensuram de Vellate de castaneis modios octo, pro quibus iussit ut de cetero bene custodire fiant ipsum Gaziū; et archipresbiter statim ipsis de Vellate sacramentum refutavit. De lignis vero siccis tollendis ab hominibus habitantibus sursum iuxta Sanctam Mariam dixit ut non liceat eis omnia ligna siccā que in ipso Gazio et Cerreto invenerint tollere, set tantum peregrina, videlicet ea que ab arboribus separata in ipsis nemoribus invenerint. Escam porcorum in ipso Gazio et ligna pro fatiendo fo[co, ut supra dictum] est, et pro edificiorum utilitate in predicto Gazio et Cerreto atque in alio nemore quod est faetum simul et cerretum et quod est iuxta confinia et territorium de Brincio ipsum archipresbiterum de cetero habere debere pronuntiavit; verumtamen, sicut ipsius Gaziū duo solummodo partes sunt ipsorum de Vellate et tertia est seniorum de Porta Romana, ita ipse archipresbiter

duas partes de lignis pro edificiorum utilitate et pro fatiendo foco de predictis duabus partibus Gaziū ipsis de Vellate pertinentibus tollat<sup>(c)</sup>. De prefatis pratis que vocantur Vivarium dixit ut nullo modo liceat illis de Vellate tensare vel secare, set habeant quemadmodum archipresbiter in eo ius et potestatem pascendi. In aliis pratis que sunt ex parte mane montis dixit ipse Azo et laudavit ut ante tensam et post tensam habeat archipresbiter ius et potestatem pascendi cum suis bestiis ex quo cum suis bestiis ipsi de Vellate pascere in eis ceperint; que prata ipsi de Vellate poterunt, si voluerint, tensare ab kalendas aprilis usque ad kalendas septembris; de quibus pratis ex parte mane montis constitutis, si placuerit eis aliqua runcare et ad seminum culturam deducere, laudavit ipse Azo ut liceat hoc ipsi facere cum tamen ius pascendi remaneat ipsi archipresbitero in ipsis runcis seu campis tactis ex quo fructus ex eis collecti fuerint<sup>(c)</sup>. De iure escandi et pascendi in Gazio porcos predictorum hominum habitantium sursum iuxta Sanctam Mariam et de iure pascendi bestias eorumdem hominum in Vivario et in aliis pratis in quibus habet archipresbiter ius pascendi ante tensam et post tensam, dixit et iudicavit ut, si duo ex testibus qui de possessione predictorum hominum fuerunt producti iurarent sicut testificati fuerunt, de cetero habeant ipsi homines ex parte archipresbiteri ius escandi et pascendi porcos suos in iam dicto Gazio et ius pascendi cum aliis eorum bestiis in predicto Vivario et in aliis pratis que sunt ex parte mane montis in quibus sicut ipsi archipresbitero competit. Denique de prefato cerreto quod est ex parte mane, sicut supra per coherentias designatum est, dixit et laudavit, si predicti de Vellate iurarent quod nullum ius pascendi scilicet vel tollendi ligna iure vel usu in eo competit ipsi archipresbitero, ut de cetero non habeat archipresbiter in ipso ius pascendi vel ligna pro foco seu alia utilitate fatienda tollendi, set de hoc sint ipsi de Vellate deinceps absoluti. Cum autem parati essent ex utraque parte predicta omnia sacramenta tam testium quam alia subire, sibi invicem remiserunt. Et sic finita est causa. Unde due notitiae in uno tenore scripte sunt. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo quinquagessimo tertio, prefato die decimo mensis iunii, indictione prima.

Interfuerunt Amizo de Porta Romana, Guasconus de Mairola, Ainradus Maijerius, Anselmus Advocatus, Benno de Curte, Guelco de la Sala, Musso de Concorezo, Rodulfus de Massenago, Guilhelmus de Sulbiate, Martinus de Castro Seprio; de servitoribus Gaidonus, Siniforte, Paganus Leccamisolti, Ozo de Rozano, Iohannes Arpadore, Iohannes Guitone, Ciniamaccus.

(S M) Ego Azo iudex et missus domni secundi Chunradi regis hanc sententiam dedi et subscripsi.

(S M) Ego Arialdus causidicus subscripsi.

(S M) Ego Marchisius iudex interfui et subscripsi.

(S M) Ego Anselmus iudex interfui et subscripsi.

(S M) Ego Sichus notarius sacri palatii hanc sententiam scripsi.

## XXIX.

1154 gennaio 20.

Marchisio giudice detto Calcagniolo, consolle di Milano, in concordia di altri consoli suoi colleghi, dà sentenza in una lite vertente tra la chiesa di S. Pietro di Seregno da una parte e l'Ospedale di S. Ambrogio e Lanfranco detto Litta e Arderico e Marchisio detti Vincimala dall'altra parte a proposito della decima su quattro appezzamenti di terreno nel luogo di Seregno.

Originale in archivio dell'Ospedale Maggiore di Milano, Fondo dell'Ospedale di S. Ambrogio, Atti di autorità sovrane e costituite, n. 1 (A). Copia cartacea del sec. XIX, ivi (B).

XXVIII. — (B) Verumtamen tollat manca in B. (C) de quibus fuerint manca in B.

Interfuerunt Arialdus Vesconte, Albertus de Porta Romana et Albertus de Vicomercato, Saccus de Pusterla, Petratius de Tertiago, Albertus Capellus, Robertus Pingeluccus, Montenarius Monetarius, Trancherius Baxabelletta, Otto de Sancto Fidele, et Arnaldus de Curtixella, et Lanfrancus Stefanus; de servitoribus Iohannes Guittonus, Petrus de Miglo, Dominicus de Clusa, et Mainfredus de Cadorago.

(S M) Ego Guertius iudex ac missus domini secundi Chunradi regis hanc sententiam protuli et subscrispi.

(S M) Ego Obertus iudex ac missus domni tertii Lotharii imperatoris interfui et subscrispi.

(S M) Ego Girardus causidicus subscrispi.

(S M) Ego Rogerius iudex ac missus domni secundi Chunradi regis scripsi.

## XXXI.

15

1154 ottobre 13  
in brolietto consularie.

Ottone detto de Raude, console di Milano, insieme con altri consoli suoi colleghi, decide una controversia esistente tra Stefano primicerio della Chiesa di Milano e Micara moglie di Alberto de Porta Romana e figlia del fu Roggero de Lampugniano per l'esecuzione di metà di un annuale disposto dal detto Ruggero a favore dei vari ordini di preti di Milano.

Originale in biblioteca del capitolo del duomo di Milano, archivio del primicerio, c. 8, n. 366, cartella CXLII (A). Copia del sec. XVIII fine, in biblioteca Ambrosiana, D S. IV, c. 92 (B).

Reg.: RIBOLDI, in *Archivio Storico Lombardo*, 1905, I, 259. Cit.: RIBOLDI, in *Archivio Storico Lombardo*, 1904, II, 222.

(S M) Die mercurii qui est tertiusdecimus dies mensis octubris, in brolietto consularie. Sententiam dedit Otto qui dicitur de Raude consul Mediolani, et cum eo Bordella atque Guertius similiter consules, de discordia que erat inter dominum Stephanum primicerium Mediolanensis ecclesie per suos missos Iohannem clericum qui dicitur de Vondate et Iohannem qui dicitur de Lorio, et ex altera parte Micaram coniugem Alberti de Porta Romana filiam quondam Rogerii de Lampugniano, ipso Alberto ipsam Micaram defendente. Lis enim talis erat. Dicebant ipsi Iohannes clericus et Iohannes de Lorio ex parte prefati primicerii ut ipsa Micara fatiat medietatem unius annualis ad omnes ordines presbiterorum Mediolanensium, quod annuale ipse Rogerius pro anima sua fieri ordinavit, quia medietatem hereditatis ipsius Rogerii patris sui habet, et det denarios in manu suprascripti primicerii. Ipse autem Albertus ipsum Rogerium annuale presbiteris Mediolanensis ordinasse confitebatur, nec de omnibus presbiteris intelligendum esse, set pro suo libito presbiteros ad ipsum annuale vocandos, nec denarios ipsius annualis primicerio dari debere dicebat. De annuali autem ipse primicerius testes produxit: hui fuerunt Petrus Bogiarius et Salvagnius qui dixerunt se fuisse in quadam volta in casa Rogerii qui dicebatur de Lampugniano ubi iacebat infirmus et de ea infirmitate decessit, ubi viderunt et audierunt quod ipse Rogerius iudicavit super suis bonis annuale omni anno pro anima sua communantie iuraverint sicut testificati sunt, ipsa Micara ipsius annualis sicut mos est Medio-

lani medietatem fatiat ad omnes presbiteros Mediolanenses et denarios ipsius annualis primicerio tribuat. Et postea testes sic iuraverunt. Et sic finita est causa. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo quarto, suprascripto die, inductione tertia.

Interfuerunt Iohannes Passara et Petrus Platto et Guarnerius de Verzario, de servitoribus Mainfredo de Cadorago.

(S M) Ego Obertus iudex ac missus domni tertii Lotharii imperatoris subscrispi.

(S M) Ego Girardus causidicus subscrispi.

(S M) Ego Guertius iudex ac missus domini secundi Chunradi regis interfui et subscrispi.

(S M) Ego Rogerius iudex ac missus domni secundi Chunradi regis scripsi.

## XXXII.

1155 gennaio 29  
in consulatu Mediolani.

15

Oberto giudice detto de Orto, console di Milano, in concordia di altri consoli suoi colleghi, pronuncia sentenza nella lite vertente tra i conti di Castelseprio e i vicini di Ronago per la prestazione del fodro regale.

Copia del sec. XIII in biblioteca Civica di Como, *Vetera Monumenta*, I, 20, da copia autenticata dalle seguenti sottoscrizioni: «Ego Nigro Iudex hoc exemplum ex autentico exemplavi et sicut in eo continebatur ut in isto legitur exemplo extra plus minus litteras. Ego Guifredus Cirolus filius condam ser Uberti Cirolis notarius exemplum ex hautentico exemplato huius exemplaris vidi et legi et sicut in eo continebatur ut in isto legitur exemplari preter litteras plus vel minus. Ego Iacobus de Portamonasterio notarius filius condam Iunii de Turri exemplum ex hautentico huius exemplaris exemplato vidi et legi et sicut in eo continebatur ut in isto legitur exemplari preter plus minusve litteras. Ego Arialdus Guitus filius condam Vegii Guitti hoc exemplar ex hautentico iam exemplato iussu suprascripti domini Guill(elm)i Cumani potestatis exemplavi et sicut in eo continebatur ut in isto legitur exemplo preter litteras plus vel minus» (B). Copia del sec. XVII in biblioteca Ambrosiana, Fagnani, F S. VII, 4, c. 322 e passim (C). Copia del sec. XVII in Archivio di Stato in Milano, Fagnani, vol. I, c. 247 e passim (D). Copia del sec. XVIII da C. in biblioteca Ambrosiana, D S. IV, c. 103.

Ed.: ROVELLI, *Storia di Como*, II, 348, omessi i testi, la sottoscrizione dello scrittore «Rogerius iudex» e le autenticazioni. Reg.: RIBOLDI, in *Archivio Storico Lombardo*, 1905, I, 259. Cit.: BISCARO, in *Archivio Storico Lombardo*, 1909, I, 311, nota.

20

25

30

35

40

45

Die sabati<sup>(a)</sup> qui est quarto kalendas februarias, in consulatu Mediolani. Sentenciam protulit Obertus iudex qui dicitur de Orto<sup>(b)</sup> consul Mediolani in concordia Guasconis de Mairola<sup>(c)</sup> et Bordelle<sup>(d)</sup> et Alberti de Carate atque Guercii iudicis consulum sociorum eius de discordia que erat inter comitatem Utbertinum et Guillielmum filium condam Rodulfi et Albertum et Serravelem germanos filios condam Olrici comites de Castro Seprio pro se et pro Lupese et Guifredono filio condam Guifredi et Iohane filio condam Bonifacii<sup>(e)</sup> similiter comittibus, et<sup>(f)</sup> ex altera parte vicinos de loco Ronago per eorum missos Maxum filium con-

XXXII. — (a) sabati B. (b) Orco B. (c) Maiorala B. (d) Bordolle B. (e) Bonifacii condam B. (f) et manca in B.

45

dam Dominici consulem ipsius loci et Anselmum filium condam Adami de Doso de eodem loco. Lis enim talis erat. Dicebant ipsi comites quod homines de loco Ronago debebant eis dare fodrum regale sicut faciunt alii loci eiusdem committatus; quod ipsi homines omnino negabant, nec unquam se fecisse dicebant. Multis itaque indiciis datis et comittibus in probacione deficientibus, omnino eo etiam ab ipsis consulibus cognito quod locus ille non pertinet ad comites per districtum vel per aliud condicium, a predicti fodri petitione absolvit eos Obertus, si tamen duodecim ex ipsis vicinis iuraverint quod ipsius loci vicinia ipsis comitibus fodrum regale dare non consuevit. Set ibi predictus Maxus qui est consul iuravit, aliis sacramentis remansi. Et sic finita est causa. Anno dominice incarnationis milleximo centeximo quinquagesimo quinto, suprascripto die, indicione III.

Interfuerunt Lafrancus qui dicitur Caime et Brocus qui dicitur Iudeus et Petrus de Citellago et Guillielmus Monetarius et Bonoldus; de servitoribus Paganus Lecamisolti et Stephanus Brocius et Iohannes Donadei.

Ego Obertus iudex domini Frederici regis hanc sententiam protuli et subscripsi<sup>(a)</sup> (i).

Ego Girardus causidicus subscripsi.

Ego Guercius iudex ac missus domini secundi Conradi regis interfui et subscripsi.

Ego Rogerius iudex et missus domini secundi Chunradi<sup>(b)</sup> regis interfui et subscripsi.

### XXXIII.

1155 giugno 29

in brolio consularie.

Anselmo detto de Orto, console di Milano, insieme con Gilberto detto Pavaro similmente console, in concordia anche di altri consoli, dà sentenza in una lite vertente tra il comune di Chiavenna e quello di Piuro per la domanda che facevano quei di Chiavenna che gli abitanti di Piuro avessero a pagare una quarta parte di una certa somma spesa dal comune di Chiavenna.

Copia del sec. XII autenticata dalle sottoscrizioni di «Girardus missus domni regis», di «Lanfrancus notarius sacri palacii» e di «Ardericus iudex», quest'ultimo estensore della copia, nell'archivio della chiesa di Chiavenna (B). Copia parziale del sec. XVIII fine, in biblioteca Ambrosiana, D S. IV. 8, c. 109, dal Giulini (C).

XXXII. — (a) hanc-subscripsi manca in B. (b) Churadi B.

(1) Oberto de Orto negli atti antecedenti si sottoscrive sempre come «iudex ac missus domni terci Lotharii imperatoris». Qui, se non si tratta di un errore della copia, si sottoscrisse come «iudex domini Frederici regis» forse perchè ottenne da questo sovrano la conferma della sua dignità nella dieta di Roncaglia del novembre 1154 alla quale egli si trovava presente in qualità di console di Milano insieme col collega Gerardo Negro. Ad ogni modo questo non è

l'unico esempio a me noto dove una stessa persona figuri giudice di due sovrani: in una autenticazione di copia di atto del novembre 1090 uno dei notai sottoscrive così: (SM) «Mediolanus qui et Otto iudex et missus domni terci Henrici imperatoris ac domini secundi Chonradi regis filii eius autentica horum exemplorum vidi et legi» etc. (Archivio di Stato in Milano, Museo Diplomatico, n. 976).

Ed: ALLEGRAZIA, Dell'antico fonte battesimale di Chiavenna, Venezia, 1765, p. 87; Codice diplomatico della Rezia in Periodico Società Storica Comense, IV, 291. Reg: RIBOLDI, in Archivio Storico Lombardo, 1905, I, 259. Cit: GIULINI, Memorie, IX, 64, III, 474; CROLLALANZA, Storia del contado di Chiavenna, 1<sup>a</sup> ed. Milano, 1870, p. 81; 2<sup>a</sup> ed. Chiavenna, 1898, p. 101.

Tercio kalendas iulii, una die mercurii, in brolio consularie. Sentenciam protulit Anselmus qui dicitur de Orto consul Mediolanensis, et cum eo Gilbertus qui dicitur Pavarus similiter consul, et in concordia Amizonis de Landriano, et Pedrocki qui dicitur Marcellinus consul, de discordia que erat inter commune de Clavenna per eius missos Azonem Beldomni consulem, et Mainfredum qui dicitur de Ladagnia de ipso loco, et ex altera parte commune de Pluri per eius missos Girardum de Capitepontis consulem, et Pruinum qui dicitur Sinda de ipso loco Pluri. Lis enim talis erat. Petebant siquidem prefati Azo et Mainfredus pro comuni de Clavenna a comuni de Pluri quartam partem viginti sex solidorum et dimidi, quos dicebant pro comuni de Clavenna errogatos esse, et ut sic de cetero fiat pronunciari postulabant; idque publico instrumento insinuari volebant, asserentes prefatum Gilbertum consulem Mediolanensem ita statuisse per concordiam utriusque partis, unde quandam brevem hostendebant ipsius Gilberti precepto compositum, cuius verba hec sunt: 'In nomine domini nostri Iesu Christi. Breve recordacionis de concordia hominum Clavennatum et Pluriensium. Iurare debent quatuor homines de Clavenna et duo de Pluri de guidare commune de Clavenna et de Pluri et eorum bona et personas bona fide, sine fraude, in pace et in guerra, et de illis rebus que venient eis inter manus per istam consulariam non facient furtum nec consentient facienti, et illud quod remanebit in fine sue consularie de questu quod ipsi fecerint partentur inter Clavennates et Plurienses, ita scilicet ut Clavennates habeant tres partes et Plurienses quartam sine fraude; et si dispendium fuerit factum pro comuni de Clavenna sine fraude, illi de Pluri solvere debent quartam partem et Clavennates tres partes, et de illis placitis unde aput illos conqueretur et unde eis fuerit datum pignus vel securitas facta, infra viginti dies habuerint dictum ius aut legem, aut usum sine fraude, nisi remanserit per parabolam illorum quorum fuerit placitum, aut per concordiam omnium consulum qui erunt ad consilium sine fraude. Hec omnia adimplere debent a kalendis aprilis proximis venientibus sine fraude usque ad annum unum, salvo iuramento, quod fecerunt comuni de Mediolano. Actum est hoc mense marci, indictione tercia'. E contra illi de Pluri respondebant predictorum viginti sex solidorum et dimidi quartam partem se non debere, tum quia pro comuni de Clavenna eos errogatos esse negabant, tum quia sine consilio consulum de Pluri illud dispendium factum esse allegabant. Preterea dicebant in presenti solummodo consulatu eorum illud preceptum Gilberti observandum esse, quod ex ipsis brevis lectione assuebant, nec aliud instrumentum quam quod factum erat inde debere fieri contendebant, allegantes sentenciam datam esse a consilibus Mediolanensis, qua continetur comune de Pluri non teneri de dispendio facto solummodo pro comuni de Clavenna; idque publico hostendebant instrumento. Illi autem de Clavenna allegabant eos de Pluri de iure suo condescendisse, quoniam super hac discordia et aliis multis que inter eos erant, per concordiam precepto predicti Gilberti se staturos iuraverant. Ipse quoque Gilbertus memoriter confitebatur se ut in brevi legebatur statuisse, et ut de cetero ita optineat precepisse. His et aliis multis auditis, ipse Anselmus absolvit commune de Pluri a petizione quarte partis predictorum viginti sex solidorum et dimidi, tum quia partem horum pro comuni de Clavenna non esse errogatam cognovit, tum quia aliam partem consules de Clavenna errogatam esse iurare noluerunt. Preterea pronunciat ut preeceptum ipsius Gilberti firmum et stabile maneat, qui per concordiam utriusque partis inter eos ita statuerat ut de cetero illius dispendii quod pro comuni de Clavenna sine fraude factum erit, comune de Pluri quartam partem solvat, idque publico instrumento ne in posterum eadem emergat questio insinuari precepit. Et sic finita est causa. Anno dominice in-

## LVIII.

(1167 dicembre 28)

I consoli di Milano garantiscono con loro giuramento di difendere i possedimenti del vescovo di Novara.

5 Copia dell'anno 1284, di mano del notaio Anselmo de Mellesse in biblioteca Comunale di Lodi, *Liber iurum*, p. 84, dove si intitola: « Iusurandum consulum Mediolani » (B).

Ed.: VIGNATI, *Storia diplomatica della Lega Lombarda*, 154; *Codice diplomatico Laudense*, part. II, n. 32, p. 43. Reg.: PRUTZ, *Kaiser Friedrich I*, II, p. 370, n. 34, da un elenco Cremonese di documenti relativi alla Lega Lombarda, che erano contenuti « in quodam libro signato  $\ddot{\text{H}}$  », oggi perduto.

10 Juraverunt consules Mediolanenses quod, si recuperaverint <sup>(a)</sup> castra domini Novariensis, conservabunt ea bona fide quoque tenuerint; et facta ex eis sua utilitate, quamdiu \* \* \* \* reddit ea ei, vel suo catholico successori, seu ecclesie Novariensi, vel suo missio, et si iam dicta castra receperint, bona fide et sine fraude adiuvabunt dominum Novariensem ad retinendum et defendendum suum honorem et possessiones episcopatus contra omnes homines, exceptis hominibus de civitatibus cum quibus iurarunt et iurabunt. Hec omnia observabunt bona fide sine fraude et malo ingenio, et bona fide operam dabunt quod hoc iuramentum facient facere consules Mediolanenses qui post eos venerint <sup>(b)</sup>; hec omnia observabunt nisi remanserit per parabolam domini Novariensis. Actum in domo archiepiscopi, die iovis quinto kalendas ianuarii, indictione [1]. Consules qui iuraverunt sunt Girardus Cagapisto, Mainfredus de Surexina, Petrus Marcellinus, Malfiliocius de Ermulfis, Guido Confanonerius, Andriottus de Cruce, Crotto de Grogonzola, Arialdus Crivellus, Mainerius de Piscina.

25

## LIX.

(1168 marzo 15)

Proposte di patti da giurarsi dai consoli di Milano verso i Novaresi.

30 Copia dell'anno 1284, di mano del notaio Anselmo de Mellesse in biblioteca Comunale di Lodi, *Liber iurum*, p. 86, dove si intitola: « Iusurandum consulum Mediolani » (B).

Ed.: VIGNATI, *Storia diplomatica della Lega Lombarda*, p. 155; *Codice diplomatico Laudense*, part. II, n. 33, p. 44. Reg.: PRUTZ, *Kaiser Friedrich I*, II, p. 371, n. 50, da un elenco Cremonese di documenti relativi alla Lega Lombarda, che erano contenuti « in quodam libro signato cruce  $\ddot{\text{H}}$  », oggi perduto.

35 Per la data di quest'atto e del seguente, cfr. l'atto n. LXI. A mostrare poi la successione degli atti della Lega in questo periodo giova il passo del continuatore del Morena, dove è detto che dopo la partenza dall'Italia dell'imperatore Federico, avvenuta nel marzo del 1168, le città della Lega « in primis cum Novariensis et Vercellensis, posteaque cum Cumensis et illis de Belforte ac etiam cum Sepriensis se convenere, ac inter se pacem fecere, atque insimil unum corpus omnes effecti sunt » (*Mon. Germ. Hist., Script.*, XVIII, 657). La convenzione coi Vercellesi, pure riferibile a questo periodo, è riportata nell'atto 40 8 agosto 1170.

LVIII. — (a) recuperata B. (b) venint B.

In nomine domini nostri Iesu Christi.

1) Iurabunt consules Mediolani et cives quot Novarienses voluerint quod ripam Ticini totam a medio fluvio que est versus Novariam liberam dimittent Novariensibus. Et si aliquis eos impedit vellet adiuvabunt eos bona fide. Et si pons ibi fuerit, dimidium toloneum eorum erit. Idem in transitu navis. Pontem vero, quem incepant, et quem facient inferius, ubi Novarienses voluerint, suis expensis facient; postquam <sup>(a)</sup> vero confracti vel dissoluti fuerint in aliqua parte, expensa communis sint reficiendi et custodiendi, sicut comune debet esse lucrum.

2) Et ipsi vel ab hac die in antea nullum castrum, nullam forticiam habebunt ultra Ticinum versus Novariam in episcopatu vel comitatu, et maxime in Galiato et Trecato, nisi que habent. Et si aliquod vel aliqua de his que habent alienabuntur, nobis et non aliis dabunt, si emere voluero iusto pretio. Iustum pretium intelego quod ab hominibus emere volentibus haberet posset, non quod odio vel timore meo offeretur. Item si aliquis habere vellet contra voluntatem Novariensium, eos bona fide adiuvabunt. Neque alias terras vel villas aut districtum seu honorem acquirent vel ab alio recipient sine consensu Novariensium, silicet consulum et credencie.

3) Insuper si aliquis qui sit ultra Ticinum versus Novariam in episcopatu vel comitatu noluerit stare ad mandatum ipsorum, vel etiam si noluerint ipsi, nec eius personam vel terram vel forticiam aut honorem recipient, sed Novarienses bona fide adiuvabunt.

4) In Galiato et Trecato et in aliis locis suis ab Arona inferius, silicet in episcopatu nostro, et hostilicam et fodrum et fossatum ad munitionem civitatis concedent et defendant et concedere facient.

5) Et ipsi nec finem nec pacem, nec treugam, vel pactum aut aliquam securitatem prestabunt <sup>(b)</sup> aut dabunt comitibus Blandratensibus, nisi quam Novarienses dederint, silicet consules cum credencia, sed bona fide eis guerram facient, nisi quatenus per Novarienses steterit sicut supra dictum est, et ipsi venient ad eum locum mecum de comitatu quem voluero cum hoste et sua forticia et destruent ipsum mecum bona fide sine fraude. Nec ibi Novarienses dereliquerunt sine parabola episcopi vel consulum; et cetera loca que comites tenent intra Ticinum et Sicidam mecum bona fide destruent, si voluero, et postquam destrucere erunt, adiuvabunt nos ea retinere bona fide, et precipue Blandratum. Et ipsi nec pacem nec concordiam habebunt cum aliquo loco vel homine qui in hoc non consenserit sine mea voluntate.

6) Idem pro episcopo et adversus episcopum observabunt.

## LX.

(1168 marzo 15)

I consoli di Novara giurano alcune convenzioni fatte coi Milanesi.

40

Copia dell'anno 1284 di mano del notaio Anselmo de Mellesse in biblioteca Comunale di Lodi, *Liber iurum*, c. 84, dove si intitola: « Iusurandum consulum Novarie » (B).

Ed.: VIGNATI, *Storia diplomatica della Lega Lombarda*, p. 157; *Codice diplomatico Laudense*, part. II, n. 34, p. 45. Reg.: PRUTZ, *Kaiser Friedrich I*, II, p. 370, n. 35, da un elenco Cremonese di documenti relativi alla Lega Lombarda che erano contenuti « in quodam libro signato cruce  $\ddot{\text{H}}$  », oggi perduto.

45

LIX. — (a) postmodum B. (b) prestiterunt B.

1) Iuraverunt consules Novarie quod pontem supra Ticinum reficerent et toloneum bona fide Mediolanensibus dimidarent et pontem custodirent et servarent pro sua parte.

2) Preterea iuraverunt quod comitibus Blandafensibus et aliis inimicis suis bona fide guerram facient; nec pactum aliquod nec finem nec guerram recredutam sine consilio Mediolanensem vel maioris partis facient.<sup>(\*)</sup>

3) Postea iuraverunt iidem consules quod facient iurare omnes Novarienses a .XIII. annis supra et a .LX. infra sine dolo et fraude.

## LXI.

10 (1168) marzo 15  
Mediolani.

## Giuramento d'alleanza fra Novaresi e Milanesi.

Sunto portato da un elenco Cremonese di documenti relativi alla Lega Lombarda, che erano contenuti « in quadam libro signato cruce ☧ », oggi perduto.

15 Ed. PRUTZ, *Kaiser Friedrich I, II*, p. 370, n. 33, da copia dell'elenco favoritagli da Ippolito Cereda.

*Item unum aliud instrumentum iuramenti concordie inter Novarienses et Mediolanenses, rogatum die quintodecimo mensis martii, Mediolani.*

## LXII.

20 (1168 marzo, verso la fine)

Convenzioni stabilite fra le città di Milano e di Como, quando Como entrò a far parte della Lega Lombarda.

Copia dell'anno 1284 di mano del notaio Anselmo de Mellesse in biblioteca Comunale di Lodi, *Liber iurium*, p. 82, dove si intitola: « Iusiurandum Cumarum » (B).

25 Ed.: VIGNATI, *Storia diplomatica della Lega Lombarda*, p. 168; *Codice diplomatico Laudense*, part. II, n. 36, p. 46. Reg.: PRUTZ, *Kaiser Friedrich I, II*, p. 371, n. 41 e 42, da un elenco Cremonese di documenti relativi alla Lega Lombarda, che erano contenuti « in quadam libro signato cruce ☧ », oggi perduto.

30 Quanto alla data di quest'atto osservisi che secondo gli *Annales Mediolanenses maiores* (*Mon. Germ. Hist., Script.*, XVIII, 377) il Seprio si unì alla Lega il 20 marzo, poi si unì la Martesana, indi Como.

LX. — (a) facerent B.

1) § Ego bona fide sine fraude stratam imperatori et eius parti, et nec dabo mercatum imperatori vel alicui de eius parte nisi negotiator fuerit. Et ego non recipiam aliquem militem de Seprio vel Martexane vel de comitatu Mediolani, hiis exceptis qui ante guerram et per guerram veterem de Cumis Cumis habitaverint vel antecessores eorum, vel sacramentum sub consulibus Cumensis ipsi vel sui antecessores fecere, et exceptis hiis qui de iure Cumanis concessi fuerint.

2) Et Mediolanenses non debent facere forticias in episcopatu Cumensi causa nocendi Cumis vel eorum episcopatu, et illas forticias, silicet turres et bertefreda, excepto castro Tellii, quas Mediolanenses habent in episcopatu Cumano, habeant Cumani virtutem destruendi. Et Mediolanenses similiter in eorum episcopatu.

3) Insuper convenerunt consules Mediolanenses consulibus de Cumis quod nulla possesio quam habuisset comune de Mediolano super episcopatu Cumarum a decem annis antequam guerra maior (1) foret incepta usque nunc, non possint ea possesse uti prescriptione que ab eis adepta fuit per vim. Et si discordia fuerit inter comune Mediolani et comune de Cumis de comitatu Sepriensi, ille qui fuerit actor habeat potestatem eligendi consularias trium civitatum quas voluerit, sub quibus illa discordia finietur. Et ille qui fuerit reus habeat similiter electionem eligendi alias tres.

4) § Et omnes civitates supradicte vel que venerint ad suprascriptam concordiam debent iuvare illam gentem que hanc concordiam observaverit contra illam que concordiam suprascriptam fregerit.

5) Et convenere civitates quod non facient concordiam cum marchione Montisferrati sine consilio rectorum de Cumis, et rectores de Cumis convenere. Per fraudem non detinebunt civitates in guerra suprascripti marchionis.

6) Preterea convenerunt quod negotiatores Cumarum non debent dare pedagium in aliquo loco vel parte suprascriptarum civitatum seu locorum. Et e converso homines suprascriptarum civitatum et locorum non debent dare pedagium in episcopatu Cumano, et hoc dico salvo vetere pedagio ubique.

7) Preterea convenerunt quod homines Cumani debent adiuvare et salvare rationes quas credunt vel crediderint ecclesias Mediolanensem vel Mediolanenses habere in episcopatu vel virtute Cumarum. Ego bona fide adiuvabo eos eas rationes manutene. Hoc idem convenerunt Mediolanenses Cumensis et ecclesiis Cumensis in episcopatu Cumano et in archiepiscopatu<sup>(a)</sup> Mediolani.

8) Preterea homines<sup>(b)</sup> de Mediolano non habeant rationem veniendi Cumis causa tollendi mercatores hospitibus de Cumo.

9) Insuper convenerunt homines de Cumis et homines de Mediolano quod non debent recipere aliquem bannitum in sua civitate vel in sua virtute; aut si receperint, infra mensem unum ex quo nunciatum fuerit consulibus illius civitatis que illum receperit, a consulibus illius civitatis seu a nuncio suo debet eum de civitate sua et virtute sua expellere.

10) § Insuper Mediolanenses fecerunt finem in manu Mediosbergi consulis de Cumis ad partem omnium hominum de civitate Cumarum de omnibus fructibus qui sunt ablati usque modo occasione guerre imperatoris seu banni. Et Cumani similiter versus Mediolanenses. Et homines de Cumis non debent cogere negotiatores qui voluerint venire Mediolanum pro vendendis rebus suis quin veniant sine eorum contradictione.

LXII. — (a) in episcopatu archiepiscopatu B. (b) manus ei B.

(1) La guerra durata dieci anni tra Milanesi e Comaschi, finita con la distruzione di Como nel 1127.

(S M) Anno dominice incarnationis milleximo centesimo lxx., die sabati qui est octavus dies mensis agusti, inductione tercia. Convenerunt et promiserunt ex parte communis Mediolani Girardus Cagapistum, Albertus de Karate, Menadragus de Surixina, Albertus Cagatoxicum, Jacobus Mainieri, Abiaticus Marcellinus, consules communis Mediolani, Caxpo consuli Vercellarum ad partem communis Vercellarum, ita quod non liceat a modo in antea Mediolanensisbus auferre pedaticum nec transitum de Ticino ad portum nec ad pontem Vercellensisbus de eo quod ad Mediolanenses spectat, scilicet de medietate transitus. Insuper non accipient pedaticum nec curadiam a Vercellensisbus per totam terram Mediolanensem. Et promiserunt prenominati consules Mediolani ex parte communis defendere et guarentare predicta omnia Vercellensisbus ab hominibus terre Mediolani. Et de his omnibus que superius legitur<sup>(a)</sup> per lignum quod suis tenebant manibus prenominati consules Mediolani fecerunt investituram in suprascriptum Caxpum ad partem omnium hominum de Vercellis. Quidem factum est hoc propter observandam con[cordiam et so]cietatem inter Mediolanenses et Vercellenses compositam eo tempore quo nuper civitas Mediolani restituta fuit, que [concordia]tis fuit: 'Ego nec pacem nec treguam nec guerram recredudam faciam cum marchione Montisferrati, nec cum co[mitibus Bland]ratensibus, nec cum comitibus de Cavaliaga, nec cum Papiensibus, absque comuni consilio et voluntate consulum Vercellensis omnium [vel maioris] partis, et bona fide adiuvarare habeo episcopum Vercellensem et Vercellenses contra prenominatos omnes, et pedaticum et transitum Ticini [a Vercellensisbus] quod ad me spectat et pertinet, scilicet de medietate, non accipiam, et in tota terra mea pedaticum et curadiam ab eis non accipi[am]; hoc idem eis observabo. Et Casale Sancti Evasii in societate mea non recipiam absque voluntate episcopi Vercellensis et consulum Vercellensis omnium vel maioris partis. Hoc idem iurare debent Vercellenses, idest quod non facient pacem nec treguam nec guerram recredudam cum predicto marchione et suprascriptis comitibus et Papiensibus nisi comuni consilio consulum Mediolani omnium vel maioris partis'<sup>(1)</sup>. Et ibi Albertus de Carate professus fuit se iurasse ut supra legitur. Quidem et hec iuramenta sunt prestita secundum confessionem utriusque partis. Quia sic inter eos convenit. Unde due carte sunt rogatae scribi uno tenore, una scilicet per Rogerium Bonafidem et alia per Ottoneum de Buxoro notarios. [Ac]tum Mediolanum<sup>(a)</sup> in canonica Sancti Laurentii, palam in concione.

Interfuerunt testes de Mediolano Landulfus Grassus, Rogerius de Surixina, Guifredus Corbus, Buscus de Terzago, Draco de Grossis, Petrus Bonusv[cinus], Boza Macazeca, Gambarus et multi alii; et de Vercellis Rufinus de Tridino, Nicolaus Sanguisdeagno.

[S M] Ego Otto de Buxoro notarius sacri palacii rogatus scripsi et interfui.

40

## X LXXIII. X

1170 settembre 3

Nella lite che verteva tra il comune di Milano e il comune di Como relativamente ai confini del Seprio e che era stata rimessa dalle parti al giudizio di sei arbitri nominati per metà da ciascuna delle parti stesse, gli arbitri nominati dal comune di Como pronunciano sentenza favorevole a quest'ultimo comune.

LXXII. — (a) Così A.

(1) Questo accordo ebbe luogo quando fu conchiuso l'accordo con Novara, e cioè verso il marzo del 1168.

Copia del sec. XIII in biblioteca Civica di Como, *Vetera Monumenta*, I, c. 23. La copia dalla quale fu ricavata quella dei *Monumenta* era essa pure copia di copia come rilevava dalle seguenti sottoscrizioni ivi riportate: «Ego Mudalbergus index hautenticum huius exempli vidi et legi et sicut in eo continetur ita in isto legitur exemplum preter litteras plus minusve. Ego Rugerius index hautenticum huius exempli vidi et legi et sicut in eo continetur ita in isto legitur exemplum preter litteras plus minusve. Ego Iohannes index et missus domini Frederici imperatoris hoc exemplum ex hautentico exemplari et sicut in eo continetur ut in isto legitur ex(m)plo preter litteras plus vel minus. Ego Jacobus filius condam Arialdi Greci notarius exemplum huius exemplaris ex hautentico exemplato vidi et legi et sicut in eo continetur ut in isto legitur exemplo preter litteras plus vel minus. Ego suprascriptus Guifredus Curiolus exemplum huius exemplaris ex hautentico exemplato vidi et legi et sicut in eo continetur ut in isto legitur exemplo preter litteras plus vel minus. Ego Jacobus de Portamonasterio notarius suprascriptus exemplum huius exemplaris ex hautentico exemplato vidi et legi et sicut in eo continetur ut in isto legitur exemplo preter litt(er)as plus vel minus. Ego Arialdus Guitus notarius filius condam Vegii Guti hoc exemplar exemplum ex hautentico exemplato iussu domini Guillelmi de Pusterla exemplari et sicut in eo continetur ut in isto legitur exemplo extra litteras plus minus» (B).

Ed.: ROVELLI, *Storia di Como*, II, 352.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Breve recordationis date sententie de controversia que vertebatur ex una parte inter comune de Mediolano, necnon ex altera parte comune de Cumis, nominatim de confinio archiepiscopatus Mediolani et episcopatus Cumanorum, et de comittatu Sepriensi, idest de discernendis locis qui sunt de comitatu Sepriensi, et qui non, et si quis locus inventus fuerit de episcopatu Cumano et comitatu Sepriensi et queratur quid comune de Mediolano debeat habere pro comitatu Sepriensi, vel alia aliqua ratione, seu quid comune de Cumis debeat habere pro episcopatu Cumano vel alia aliqua ratione, sub Arderico de Bonate et Landulfo Crasso atque Alberto Cagatossico electis arbitris ex parte communis Mediolani, et sub Gregorio de Beccaria et Lamberto de Turri atque Petro Procco electis arbitris ex parte communis de Cumis. Qui predicti arbitri iuraverunt sicuti in forma<sup>(a)</sup> compromissi continetur. Unde unus de servitoribus consulum Mediolani iuravit quod omnia illa precepta que iam dicti sex arbitri concorditer de prefatis discordiis fecerint consulibus Mediolani qui modo sunt vel post istos fuerint per sacramentum et de pignoribus dandis et de terminis attendidis et de sententia audienda et attendenda, quod consules Mediolani qui modo sunt vel post istos fuerint sine fraude audient et attendent et ratum et firmum a comuni Mediolani habebut. Et eodem vero modo unus de servitoribus Cumanorum consulum et Cumani communis iuravit ex parte consulum Cumanorum. In primis namque conquerebatur comune de Mediolano de comuni de Cumis libellum porrigitendo in hunc modum: 'Ego Obertus de Orto consul reipublice Mediolani, nomine communis eiusdem civitatis, conqueror Deo et vobis Landulfo Grasso, Petro Procco, Alberto Cagatossico, Lamberto de Turri, Arderico de Bonate, Gregorio de Beccaria electis arbitris a consulibus communis de Cumis et a consulibus communis Mediolani quod comune de Cumis<sup>(b)</sup> perturbat possessionem vel quasi possessionem communis Mediolani quorundam locorum qui sunt de comitatu Sepriensi, videlicet faciendo sibi iurare habitatores<sup>(c)</sup> illorum locorum, et iudicando exigendo, ad ostendere eos cogendo, et alia honera eis imponendo, quod faciunt in parte ville Lomacu et in Bregnano, Vertemate, Cermenate, Olzate, Macu et in tota valle de Cuvu et in aliis multis locis que sunt infra hec confinia a loco Seveso sicut certum flumen Sevessi versus septentrionem, videlicet locus de Vertemate, locus qui dicitur Finis, locus qui dicitur Motane, Macii Zenonico de Plano Drezo quod est inter Cazium et Paredem usque ad locum qui dicitur Sevrago et Calderari et tota castellania de Sevrago, Olzate, Trevani

LXXIII. — (a) forma B. (b) comune de Cumis manca in B. (c) ta nell'interlinea di mano più recente.

55

Ronago, Novezano Calderarii, Mendrici, deinde in antea usque ad burgum de Ripa Sancti Vitalis et tota ripa Laci de Porto et omnes montes de Tremona et de Besacio et de Viglu et de Clivio Meradi usque in Lacum de Porto usque Lavennam, et sicut defluit flumen Trexie usque in Lacum Maiorem, et ab ipsa Trexia versus comitatum, totum est de comitatu Sepriensi; omnes predicti termini inclusum ut predicta loca includantur et contineantur in comitatu Sepriensi. Preterea dicimus omnes habitantes in plebe de Criviasca esse de archiepiscopatu Mediolani et ideo eandem querelam super illis movemus. Quod si apparuerit comune Mediolani à possessione vel quasi predictorum locorum omnium vel quorundam aliquo modo cecidisse de ea recuperanda agimus. Convenit insuper inter civitates quod si aliquis homo vel comune (4) civitatum a decem annis retro possessionem aliquam intravit sine ratione, restituи debet sine fructibus, si querimonia facta fuerit. Quod si in possessione retinenda vel recuperanda non obtinuerimus, petitorum tamen iudicium intendimus, dicentes omnia iura que unaqueque civitas Longobardie in suo comittatu habet in predictis locis ad nos et non ad Cumanos pertinere; fructus quoque a Cumannis perceptos in predictis locis ex quo pax inter nos et illos firmata fuit nobis restitui postulamus'. Et ita finitus est libellus. Ad retinendam possessionem vel quasi possessionem predictorum locorum Mediolanenses ex parte sui communis 'uti possidetis' (1) interdictum et ad recuperandam possessionem interdictum 'unde vi' (2) et condicionem ex lege (3) 'conquerebatur' et aliam condicionem ex pacto civitatum (4) proponebant. Quibus Cumani ex parte sui communis ita respondebant: 'Is enim in eo interdicto optinet qui tempore litis contestate possidet'. Confessi autem sunt Mediolanenses sub predictis arbitris per iusurandum calumpnie se a tempore quo imperator primum venit ad obsedendum Mediolanum usque nunc non possedisse; quare interdicto 'uti possidetis' ad retinendam possessionem vel quasi eos uti non posse. Interdicto 'unde vi' sic respondebant: 'Ei enim demum datur hoc interdictum adversus eum qui agentem vi de possessione expullit, nec sufficit esse expulsum nisi ab adversario'. Condicioni ex lege 'conquerebatur' ita respondebant: 'Lex illa aperte loquitur de vacua possessione rei alienae et absentis, sed cum possessio ista nunquam fuit vacua sed semper possessa, sive ab imperatore vel a communitate vel a Cumannis, non potest dici vacua, non erat aliena sed sua, absentis non erat, cum si Mediolanensium esse (5), non tamen absentis, quia in eadem provincia cum Cumannis erant. Preterea dicebant quod lex illa loquitur de re corporali, hec autem possessio incorporalis est. Pacto civitatum sic respondebant: inficiebant enim (6) Cumani illud pactum factum fore, et si factum foret, eis tamen non obesset, qui in eorum societate eo tempore non erant, et ideo eis legem facere non potuerunt, cum eis solum lex dari possit qui iurisdictioni conditoris legis subdit sint, et cum pactum in alia re factum, aut cum alia persona in alia re vel alie persone non noceat; sed Cumani tempore iam dictae conventionis non erant in eorum societate. Item alia ratione non obest illud pactum, cum speciali quadam conventione inter Cumanos et Mediolanenses, medianibus consulibus civitatum inita (7), predicte conventioni derogatum sit (8), que talis fuit: Polici sunt enim Mediolanenses se non usuros prescriptione (9) possessione per vim adepti quam habuissent in episcopatu Cumano per decem annos ante quam maior guerra foret incepta usque ad tempus concordie, sicut in brevi concordie utriusque communis continetur. Quod Mediolanenses proponunt petitorum iudicium, intendentem confessariam

LXXXIII. — (4) comuni B. (5) Così B. (6) enim è rappresentato da N. nell'interlinea di inchiostro diverso. (7) invita B. (8) pre corretto su per da mano più recente.

(1) Cfr. XII Tabularum Fragmenta, in Corpus iuris civilis Romani. Colonia 1756. P. 762.

(2) Cfr. Cod. Iustin., lib. VIII, tit. 4.

(3) Cfr. Dig., lib. XIII, tit. 2.

(4) Cioè l'alleanza stretta fra le città della Lombardia e della Marca il 1º dicembre 1167.

(5) Fu derogato con il cap. 3 dell'atto pubblicato in questo vol. sotto il n. LXII.

actionem, dicentes se debere habere omnia illa iura in iam dictis locis comitatus (6) Sepriensis vel comittatus Mediolani que unaqueque civitas habere debet in locis sui comittatus vel sui episcopatus, Cumani taliter contradicebant dicentes predicta iura non ad Mediolanenses iure comittatus pertinere, cum de eo comitatu comites non sint, cum comitatus ad aliquem pertinere non possit nisi per investituram. Cum ergo Mediolanenses predicti comittatus investituram se habere non assent, et maxime cum comites Seprienses, qui de eo comitatu se comites esse dicunt, sub iam dictis arbitris et Mediolanensisbus et Cumani contradixerunt ne de iure ipsius comitatus Sepriensis quod ad eos pertinere dicebant contendenter, ideo Cumani dicebant comittatum Sepriensem ad Mediolanenses nullo modo pertinere. Mediolanenses ad probandum quod iura quorundam locorum predictorum ad comitatum Sepriensem vel Mediolanensem spectabant (9), quedam privilegia et publica instrumenta introduxerunt, in quibus continebatur quasdam possessiones datas in quibusdam predictorum locorum esse in comittatu Sepriensium et quasdam in comittatu Mediolani. Preterea introducebant quoddam novum privilegium Frederici imperatoris (1), in quo fines predicti comitatus asserabant contineri, scilicet in eo quod dicebant a Seveso usque ad Tresiam versus Ticinum, in quo eciam continebatur Mediolanenses predictum comitatum in manu iam dicti domini Frederici imperatoris refutasse et ipsum dominum imperatorem predictum comitatum quibusdam suis fidelibus de Seprio comisso. Insuper quamplures etiam introduxerunt testes qui dixerunt quod audierant et credebant quod maior pars predictorum locorum erat de comitatu Sepriensi, et qui viderant quasdam homines ipsorum locorum esse consules de Seprio a destructione Cumarum infra (2). Item quasdam alios introduxerunt testes qui dixerunt se vidisse missos Mediolani colligere blavam per quedam predictorum locorum per guerram Laudensem (3), atque instrumenta et privilegia. Cumani tali modo respondentes dicebant predicta omnia instrumenta et privilegia probaciones non esse, cum in hoc negocio principaliter scripta non sint, et hoc multis rationibus ostendebant; imo privilegium illud domini imperatoris Frederici eis obesse dicebant, in hoc quod dicit Mediolanenses refutasse comittatum Sepriensem ipsi domino imperatori. Cumani vero ad defendendam seu retinendam eorum locorum possessionem, et eciam ad eam possessionem recuperandam quam Mediolanenses in episcopatu Cumano habent, unde Cumani libellum appellationis Mediolanensisbus dederant, multa privilegia et instrumenta publica et quamplurimos testes ipsorum locorum habitatores ostenderunt, et qui eadem negotia de quibus modo esitatur ante guerram Laudensem et per illam guerram et usque ad inicium Cumane maioris guerre tractaverant, scilicet fodium Cumani dando, carizia faciendo, ad ostem cum eis eundo, et alia quamplurima pendicia que loca solita (10) sunt facere sue civitati faciendo; qui etiam testes testificati sunt quod homines predictorum locorum a Mediolanensisbus fuerunt coacti per vim sibi servire in inicium Cumane guerre maioris et per guerram illam et postea usque ad tempus illud quo (11) dominus imperator Fredericus obsedit Mediolanum. Preterea Cumani ostendebant breve illud concordie noviter factum inter Cumanos et Mediolanenses et alias Longobardie civitates in quo continebatur quod Mediolanenses non debebant uti prescritione possessione que ab eis foret per vim adepta in episcopatu Cumano, a decem annis ante quam major guerra Cumarum foret incepta usque ad tempus illius concordie; et quedam alia introduxerunt instrumenta sentenciarum a consulibus Mediolani datarum, in quibus quedam loca huius discordie absolverant a condicione comitatus de Seprio. Insuper unum introduxe-

LXXXIII. — (1) comunitatus B. (6) Le parole Mediolanenses e spectabant mancano in B. ma mi sembrano necessarie alla comprensione del passo che ci è pervenuto da B in una lessione evidentemente monca. (7) locorum manca in B. (8) solita manca in B. (9) quod B.

(1) Il privilegio è perduto.

(2) La distruzione di Como da parte dei Milanesi avvenuta l'anno 1127.

(3) La guerra di Lodi dell'anno 1111.

runt instrumentum in quo continebatur parrocchiam Sancti Iohannis de Montorfano ad Cumanam ecclesiam pertinere. Preterea testibus Mediolani Cumani ita respondebant dicentes testimonium eorum eis non obesse, quod fere omnes de auditu et credulitate testificati sunt et quia pauciores sunt numero circa unumquemque articulum huius negotii predictis rationibus et argumentis et iudiciis et multis aliis ut in eorum allegationibus continebatur; dicebant Cumani in huius que de iam dictis locis possidebant a Mediolanensibus in possessorio et in petitorio iudicio esse absolvendos, et Mediolanenses<sup>(a)</sup> in huius que in episcopatu Cumano possident sibi fore condemnandos. Et e converso Mediolanenses suis rationibus dicebant Cumanos in huius que possident sibi condemnandos, et de huius que Mediolanenses possident fore a Cumani absolvendos. His et multis aliis rationibus et allegationibus atque argumentis utriusque partis vissis et auditis et diligenter inspectis et inquisitis, predictus Gregorius de Beccaria consilio et parabola iam dictorum Lamberti de Turre et Petri Procci sociorum suorum et per consilium illorum sapientum de Cremona, scilicet comitis Alkerii et Ottonis de Casale Morano et Homoboni de Trezio atque Iohannis ablatici Ursonis et aliorum plurium ipsius civitatis et per consilium illorum sapientum de Papia, videlicet Lafranci de Beccaria, et Rogerii Catassi, et Carboni de Autrello, atque Caronci de Campense, et aliorum plurium illius civitatis, talem protullit sentenciam de prefatis controversiis, scilicet quod absolvit comune de Cumis in possessorio et petitorio iudicio a petitionibus<sup>(b)</sup> communis Mediolani factis super predictis locis que continentur in libello Mediolanensem et intra fines predicto libello comprehensos, et super fructibus ipsorum locorum, excepto de Besacio<sup>(c)</sup> de quo condemnavit comune de Cumis comuni Mediolani in petitorio iudicio cum fructibus a tempore litis contestate. De Cassiano vero qui est in valle de Cuvì et de parrochialibus Sancti Iohannis de Monteorphano condemnavit commune Mediolani comuni de Cumis in possessorio et petitorio iudicio cum fructibus a tempore litis contestate, et absolvit comune de Cumis a petitione Mediolani facta de plebe de Cuvì et de Criviasca ac de ea parte Lomacii que est de parrocchia Sancti Syli, tam in possessorio quam in petitorio iudicio. De Clivi vero et de Saltri et de valle Mercurioli et de Monteorphano absolvit comune Mediolani a comune de Cumis in utroque iudicio, exceptis parrochialibus Sancti Iohannis de Monteorphano ut supra, salvis in omnibus predictis locis et plebibus rationibus specialibus<sup>(d)</sup> alicuius personae, clerici vel laici. Et sic finita est causa. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi milleximo centesimo septuagesimo, die iovis qui fuit tercarius dies intrante mense septembri, indictione quarta. Actum est hoc in loco Sevesi apud fores ecclesie Sanctorum Protasi et Gervasii. Prenominati Gregorius et Lambertus atque Petrus Proccus hanc noticiam fieri rogaverunt.

Interfuerunt huic sentencie Iacobus et Iordanus de Plurio, et Azo de Curia de Domaxio, et Balonus et Iohannes Bergalonus de Domaxio, et Albertus de Grabadona, et Matheus de Canova, et Rolandus de Carale, et Albertus de Porta, et Vita de Menaxio, et Michael de Ripa de Nebiallo, et Guercius de Salla, et Malapars et Paganus de Penola, atque Guibertus de Ripa, et Bertramus Proccus, et de Seprio Redulfus de Masenago, et Guillermus comes de Castro Seprio, et Guifredus de Daverio, atque Raspinus de Olago et Anselmus de Clepo et Albertus de Rambertis et magister Ardericus atque Iohannes Susanus et Bertoldus de Verona, et Gualericus Platus, et Flambertinus et Hostachinus de Corogniola, et Guidradinus Calignus atque Arnaldinus de Penolla et multi alii testes.

Ego Gregorius de Beccaria hanc sentenciam dedi ut supra atque eam scribi rogavi et subscripsi.

Ego Guido notarius sacri palacii interfui et rogatu predicti Gregorii et Lambertis atque Petri Procci hanc noticiam tradidi et scripsi.

55 LXXIII. — (a) Mediolanenses B. (b) a petitionibus di mano della fine del sec. XV a correzione di appellationibus del codice. (c) Besucio B. (d) specilibus B.

## LXXIV.

1170 settembre 3  
in loco Seviso.

Nella lite che verteva tra il comune di Milano e il comune di Como relativamente al possesso dei luoghi di Mandello, Lierna, Civenna e Limonta, e che dalle parti era stata rimessa al giudizio di sei arbitri nominati per metà da ciascuna delle parti stesse, gli arbitri eletti dal comune di Como pronunciano sentenza.

Copia del sec. XIII in biblioteca Civica di Como, *Vetera Monumenta*, I, c. 26, ricavata da altra copia la quale portava le seguenti autenticazioni: « Ego Iacobus de Portamasterio notarius suprascriptus hautenticum huius exempli vidi et legi et sicut in eo continetur ut in isto legitur exemplo extra litteras plus vel minus. Ego Iacobus filius condam Arialdi Greci notarius hautenticum huius exempli vidi et legi et sicut in eo continetur ut in isto legitur exemplo preter litteras minusve plus. Ego suprascriptus Guifredus Curiolus notarius hautenticum huius exempli vidi et legi et sicut in eo continetur ut in isto legitur exemplo preter litteras plus vel minus. Ego Arialdus Guitus notarius filius condam Vegii Guitti hoc exemplum ex hautentico exemplavi et sicut continetur in eo ut in isto legitur exemplo preter litt(er)as plus vel minus » (B).

Ed.: ROVELLI, *Storia di Como*, II, 355.

In nomine Domini. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi MC<sup>(a)</sup> septuagesimo, die iovis qui est tercarius dies mensis septembri, indictione quarta. Sententie date in scriptis ab Ogerio iudice qui dicitur de Insula per parabulam etiam Guidonis de Brieno et Aliprandi Maleadobati qui fuerunt electi arbitri ex parte communis de Cumis, et ex parte communis Mediolani fuerunt electi arbitri Otto Vicecomes et Crottus de Grogenzola et Malcoventus Cotta, et iuraverunt concordare se et operam dare ad diffiniendam discordiam que est inter utrumque commune de Mandellis et Lierni et Civenna et Lemonte, ut legitur in quadam libello conventionis qui factus est inter consules Mediolani et consules de Cumis, qui libellus ita scriptus est: 'In nomine Domini. Anno dominice incarnationis milleximo centesimo sexagesimo nono, die martis qui est secundus dies mensis setembris, indictione tercia, in loco Sevisso. Convenierunt Ubertus de Orto consul Mediolani et Iohannes Caza consul de Cumis quod usque ad quindecim dies dabunt sibi invicem libellos petitionum quas<sup>(b)</sup> unum commune contra alterum facere voluerit<sup>(c)</sup>, videlicet tantum de Mandellis et Lierni et Lemonte atque Civenna, et super controversiis illis secundum quod probatum fuerit testibus, instrumentis et allegationibus ostensis usque ad festum Sancti Andree proximum, etenim convenit ut ab ipso die in antea non liceat novas probationes sub ipsis potestatibus inducere illam sentenciam dabo ego vel unus ex sociis meis, si concordia inter nos fuerit, que nobis melior vissa fuerit secundum legem vel ius aut bonum usum usque ad diem martis proximum post nativitatem Domini, nisi remanserit iusto impedimento, vel per concordiam maioris partis consulatus reipublice utriusque civitatis, et, si dies prorogatus fuerit in concordia utriusque partis usque ad diem tunc statutam, similiter observabo secundum concordiam inter utrumque commune factam post recessum imperatoris; et bona fide dabo operam quod sententia super controversiis in libello comprehensis ut supra legitur concorditer secundum quod superius legitur a me vel a sociis meis promulgetur. Hoc totum quod ad eorum officium pertinet, iuraverunt attendere bona fide, sine fraude Guido de Brieno, Ogerius

LXXIV. — (a) mc di mano posteriore e d'altro inchiostro nell'interlinea. (b) quarum B.  
(c) voluerint B.

iudex, Aliprandus Maleadobatus, Otto Vicecomes, Malconventus Cotta et Croitus de Grogonzola<sup>(1)</sup>. Discordia enim talis erat. Conquerebatur comune Mediolani de comune de Cumis de predictis locis ut legitur in quadam libello querimonie, quem <sup>(2)</sup> porrexit suprascriptus Ubertus qui tunc temporis erat consul Mediolani, qui libellus ita factus est: 'In nomine Domini. Ego Obertus de Orto consul reipublice Mediolani nomine communis eiusdem civitatis conqueror Deo et vobis Ottoni Vicecomiti, Guidoni de Brieno, Bonoconvento Cotte, Aripando Malleadobato, Crottoni de Grogonzola, Ogerio de Insulla, electis arbitris a consulibus communis de Cumis et a consulibus communis Mediolani, quod comune de Cumis perturbat <sup>(3)</sup> possessionem vel quasi possessionem communis Mediolani quorundam locorum qui sunt de comittatu de Leuco vel Mediolani, videlicet faciendo sibi iurare habitatores illorum locorum, et fodrum exigendo, ad ostem eos cogendo, et alia honera eis inponendo, quod faciunt in duabus Mandellis et Lierni, Civenna atque Lemonte. Quod si apparuerit comune Mediolani a possessione <sup>(4)</sup> vel quasi predictorum locorum omnium vel quorundam aliquo modo cecidisse de ea recuperanda agimus. Convenit insuper inter civitates quod si aliquis homo vel comunitio civitatum a decem annis retro possessionem aliquam intravit sine ratione, restitui debet sine fructibus, si querimonia facta fuerit (1). Quod si in possessione retinenda vel recuperanda non obtinuerimus, petitorum tamen iudicium intendimus, dicentes omnia iura que unaque civitas Longobardie in suo comittatu habet in predictis locis ad nos et non ad Cumanos pertinere; fructus quoque a Cumano perceptos in predictis locis ex quo pax inter nos et illos firmata fuit nobis restitui postulamus. Datus est hic libellus sextodecimo die mensis setembribus, inductione tercia, anno dominice incarnationis millesimo centesimo sexagesimo <sup>(5)</sup> nono'. Et exinde multa interdicta et multe actiones introducte sunt ex parte communis Mediolani adversus comune de Cumis sub predictis arbitris in utroque iudicio, scilicet in possessorio et, desinente possessorio, in petitorio iudicio, ad habenda et tenenda ea que modo <sup>(6)</sup> comune de Cumis tenet in predictis locis. Et per hoc conati sunt Mediolanenses <sup>(7)</sup> probare ambos Mandellos et Lierni esse de comittatu Leucensi, et Civenna atque Lemonte esse de comittatu Mediolanensi, et comune Mediolani tenuisse predicta loca per multa tempora ante adventum domini Frederici imperatoris, et hoc per testes et instrumenta ab aliis indicata <sup>(8)</sup> et non super hoc facta, sed de Civenna et Lemonte nullam probacionem testium introduxerunt. Ad hec ex parte communis de Cumis sic respondebatur, intentionem communis Mediolani neque in possessorio neque in petitorio iudicio de iure obtinere. In possessorio non debet obtinere quod comune de Cumis non invenit comune Mediolani in possessione predictorum locorum, nec expulit eum <sup>(9)</sup> de possessione. In petitorio vero non potest obtinere, quia nunquam de iure fuit suum, nec modo est. Quod obicitur comuni de Cumis quod comune Mediolani fuit in possessione predictorum locorum per multa tempora, hoc verum est per vim et guerram, et quando fuit in possessione civitatis Cumarum et maioris partis episcopatus (2), quod non debet obesse communi de Cumis, quia specialiter conventum inter comune Mediolani et comune de Cumis, quando comune de Cumis venit ad concordiam Longobardie et Mediolani, quia nulla possessio quam habuisset comune Mediolani super episcopatum Cumarum a decem annis antequam guerra maior foret incepta usque ad hanc concordiam, non possit ea prescriptione possessione uti que ab eis adepta fuerit per vim, ut legitur in instrumento <sup>(10)</sup> conventionis (3). Et ex parte communis <sup>(11)</sup>

LXXIV. — (1) que B. (2) arbitris et consulibus de comuni de Cumis quod perturbat B. (3) appossessione B. (4) sexto B. (5) modo ripetuto in B. (6) Mediolanes B. (7) enim dicata B. (8) cum B. (9) instrumenta corretto su instrumento B. (10) comune B.

(1) Cfr. il cap. 10 delle convenzioni del marzo 1167 fra le città alleate, pubblicate sotto il n. L.

(2) Cioè dopo la vittoria dei Milanesi sui Comaschi che pose fine nel 1127 alla guerra

che durava da dieci anni fra le due città.

(3) Cioè nel cap. 3 dell'atto del marzo 1168, qui pubblicato sotto il numero LXII.

de Cumis probatum est per multos testes et ydoneos, qui probaverunt utrumque Mandellum et Lierni fore extra comittatum Leucensem, diffiniendo, et ostendendo terminos qui diffinunt comittatum Leucensem ab episcopatu Cumano, scilicet ab una parte lacus la Scaleta et ab altera parte terminus de Campelione usque in summitetum montis. Et similiter probatum est per multos et ydoneos testes quod comune de Cumis fuit in possessione predictorum locorum ante guerram de Laude et post guerram de Laude (1) usque ad guerram maiorem de Cumis et similiter per guerram de Cumis et in inicio et postea per multa tempora et modo sunt. Et si Mediolanenses aliquo tempore infra hec tempora vel postea fuerunt in possessione, probatum est quod per vim intraverunt, quod sibi non debet prodesse, sed obesse. Et similiter probatum est <sup>(10)</sup> Civennam et Lemontem fore extra comittatum Mediolani per testes ydoneos et bonos qui designant terminos qui diffinunt comittatum Mediolani a plebe de Bellaxio, que est de episcopatu Cumano, et quod comune de Cumis fuit in possessione illorum locorum per guerram de Laude et post guerram et in inicio guerre maioris de Cumis communiter cum Bellaxio, et postea per multa tempora et modo sunt, et faciebant terciam partem dispendii tocius plebis Bellaxii qui sunt de ea plebe. Et similiter probatum est per testes et instrumenta avocationis et honorem plebis de Mandello <sup>(11)</sup> teneri per episcopum Cumano. Et similiter Cumani ostenderunt multa privilegia regum et imperatorum in quibus continebatur episcopatum Cumano fore concessum episcopo Cumano, etsi aliquid inveniatur de comitatu Leucensi infra ipsum episcopatum; et per hoc dicunt Cumani, eciam si utrumque Mandellum et Lierni forent de comitatu Leucensi, pertinere comuni de Cumis et non comuni Mediolani. Item ex parte communis de Cumis probatum est per Clerumbellum de Anteccclesia, et Frogierum Ferrarium et Massarium de Cremona qui fuerunt mediatores cum aliis nobilibus viris Longobardie concordie facte inter comune Mediolani et comune de Cumis, qui testificati sunt quod comune Mediolani debet dimittere totum episcopatum Cumano comuni de Cumis, salvis specialibus rationibus alicuius ecclesie vel alterius privati hominis, excepta ea parte episcopatus in qua continetur de comittatu Sepriensi, quod si inveniatur de comittatu Sepriensi infra episcopatum Cumano vel de episcopatu Cumano infra comittatum Sepriensem ius debet dici. His visis et auditis et alis multis rationibus ostensis, predictus Ogerius iudex per parabolam predictorum sociorum suorum, scilicet Guidonis de Brieno et Aliprandi Maleadobati et cum consilio sapientum virorum de Cremona, scilicet comitis Alkerii et Ottonis de Casalemoniano et Omoboni de Drezo et Iohannis Ursonis et aliorum sapientum virorum de Cremona, et sapientum virorum de Papia, scilicet Lafranci de Beccaria, et Rogerii Catassi, et Carboni de Aurelo, et Carrociani de Campese, et multorum aliorum, eis dato consilio in scriptis quod multociens predictam causam viderunt et audierunt certare inter Mediolanenses et Cumanos, et omnia instrumenta et rationes et testes atque privilegia viderunt et audierunt et legerunt cum aliis sapientibus viris Longobardie, qui fuerunt electi auditores et consiliatores cum illis huius cause, et viso et lecto consilio Parmensium, Bresiensium, et Bergomensium, et Placentinorum, talem protulit sentenciam, scilicet quod absolvit comune de Cumis a petizione communis Mediolani de possessione vel quasi predictorum locorum et proprietate, scilicet in possessorio et in petitorio iudicio et a fructibus similiter.

Data hec sententia est in loco Seviso.

Interfuerunt huic sententie Iacobus de Pluri, et Iordanus de Pluri, et Azo de Curia de Domatio, et Ballonus et Iohannes de Gallionis <sup>(12)</sup> de Domatio, et Albertus de Gravedona, et Matheus de Canova, et Rolandus de Carale de Gravedona, et

LXXIV. — (1) esse B. (2) Madello B. (3) Gallionus B.

(1) La guerra di Lodi del 1111 finita con la distruzione di quella città da parte dei Milanesi.

Albertus de la Porta et Vita de Mole de Menaxio et Michael de Ripa de Nebialo, et de Cumis Guercius de Salla, et Maraparte et Paganus de la Penora, et  
5 Guibertus de Ripa, et Bertramus Brochus, de Seprio Redulfus de Masenago,  
Guillielmus comes de Castro Seprio, et Guifredus de Daverio, et Raspinus de Urago et Anselmus de Cleppo, et Albertus de Lambertis, et Guidradus Calignus,  
et Arnaldinus de la Penora et multi alii.

Ego Ogerius iudex qui dico de Insula interfui et hanc sentenciam dedi ut supra et subscrispi.

10 Ego Guido notarius sacri palacii interfui et rogatu suprascriptorum Ogerii et Guidonis de Brieno atque Aliprandi Maleadobati hanc noticiam tradidi et scribendam dedi et subscrispi.

Ego Arialdus iudex rogatu notarii iudicis hautenticam noticiam scripsi.

## LXXV.

1170 settembre 20

in civitate Mediolani, in ecclesia Sancte Tegle, in publica contione.

I consoli di Milano dell'uno e dell'altro consolato stabiliscono le norme da osservarsi nei rapporti tra proprietari e coloni.

Copia dell'anno 1284 di mano del notaio Anselmo de Mellesse, in biblioteca Comunale di Lodi, *Liber iurium*, p. 89 (B). Copia dell'anno 1617 nel *Liber consuetudinum Mediolani anni 1216*, trascritto in detto anno da un codice antichissimo oggi perduto, in biblioteca Trivulziana, codice n. 1262 (C). Copia del principio del sec. XVII nel *Liber consuetudinum Mediolani*, che Raffaele Fagnani fece copiare dallo stesso codice antichissimo da cui deriva il codice Trivulziano, in biblioteca Ambrosiana, D. 42 inf., c. 18 (D).

Ed.: BERLAN, *Liber consuetudinum Mediolani anni MCCXVI*, Milano, 1869, p. 23, da D; PORRO LAMBERTENGHI, in *Historiae Patriae Monumenta*, XVI, 880, da C; BERLAN, *Le due editioni milanese e torinese delle consuetudini di Milano dell'anno 1216*, Venezia, 1872, ediz. critica, da C e D; VIGNATI, *Codice diplomatico Laudense*, part. II, n. 51, p. 63, da B. Cit.: GIULINI, *Memorie*, VI, 384, III, 699, da D.

In nomine Domini. Die dominico duodecimo kalendas octubris, in civitate Mediolani, in ecclesia Sancte Tegle, in publica contione<sup>(a)</sup>. Quoniam inter dominos et colonos crebre solent oriiri iniurie, contentiones et rixe, ad removendas iniurias, fraudes illicitas et machinationes<sup>(b)</sup>, et iura omnibus conservanda, placuit consulibus utriusque consuls Mediolani, tam reipublice quam iustitie<sup>(c)</sup>, consilio etiam plurimorum<sup>(d)</sup> sapientum ad hoc vocatorum<sup>(e)</sup>, inter eos equa lance disponere atque decernere.

1) In primis quidem laudaverunt atque decreverunt, ut nullus dominorum sub obtentu locationis aliquid, preter quod inter eos convenit, violenter extorqueat<sup>(f)</sup>, vel iniuriam presumat inferre, salvo si in personis vel rebus eorum solent vel debent iure vel bona consuetudine habere.

2) Versa vice et simili ratione statuerunt et laudaverunt: si colonus fuerit a domino investitus, non liceat<sup>(g)</sup> colono rem conductam dimittere, nisi simili ratione vel causa, qua posset ei<sup>(h)</sup> dominus auferre rem ipsam<sup>(i)</sup>; si vero rem ipsam sine ratione vel judiciali<sup>(j)</sup> auctoritate dimiserit, pena teneatur<sup>(k)</sup> legitima,

LXXV. — (a) In nomine-contione manca in C, D. La data è posta in fine. (b) ad removendas fraudes et omnes machinationes illicitas C, D. (c) iustitie manca in B. (d) plurimum C, D. (e) convocatorum C, D. (f) extorquere C. (g) licet C, D. (h) ei manca in C e in D. (i) rem ipsam auferre C, D. (j) iudiciale B. (k) tenetur C, D.

id est<sup>(l)</sup> quanti domino interesse constiterit, consulum videlicet vel<sup>(m)</sup> alterius iudicis arbitrio.

3) Si vero sub obtentu paupertatis vel alterius malicie<sup>(n)</sup>, silicet<sup>(o)</sup> quod alias suus vicinus propter universitatis sui<sup>(p)</sup> loci tacitam vel expressam conventionem se de ipsa re intromittere non andeat, contrafacere presumpserit, ne fraudolenta<sup>(q)</sup> alicuius caliditas vel malicia<sup>(r)</sup> possit contra rationem alicui dampnum<sup>(s)</sup> inferre, statuerunt ne<sup>(t)</sup> quis sue iurisdictionis homo habens terram in ipsius loci territorio, sciens hoc quod<sup>(u)</sup> colonus terram primi domini sine ratione dimiserit, suam terram ei audeat locare<sup>(v)</sup>; quod si contrafecerit, omne dampnum primo domino arbitrio consulum vel arbitrio alterius iudicis resarcire cogatur<sup>(w)</sup>; hoc temperamento adiecto, si primus dominus alii competenter<sup>(x)</sup> terram dimissam locare nequiverit, porro si vel hoc modo dampnum dominorum et malicia colonorum cohiberi non valeat, et copia colentium<sup>(y)</sup> terram in ipso loco inveniatur, et talis terra sit que colenda videatur et iudicantibus sub eorum arbitrio manifestum apparuerit quod propter universitatis ipsius loci<sup>(z)</sup> tacitam vel expressam conventionem ut supra dictum est, dominus<sup>(a)</sup> terram relictam alii locare non potuerit<sup>(b)</sup>, tunc universitas ipsius loci ad omne dampnum resarcendum ei arbitrio iudicantium teneatur.

4) Item decreverunt ut, si contingit colonum duorum dominorum vel plurium vel<sup>(c)</sup> suam terram collere<sup>(d)</sup>, pro bonitate et quantitate cuiusque<sup>(e)</sup> terre, uti bonus paterfamilias, eam ut suam stercoret et colat; et si contrafecerit, super hoc dampnum passo resarciat<sup>(f)</sup> sub arbitrio iudicantis.

5) Decreverunt quoque ut parciari<sup>(g)</sup> coloni non audeant de fundo<sup>(h)</sup> fructus secare vel abstrahere<sup>(i)</sup> sine presentia domini vel eius missi<sup>(j)</sup>, si suis expensis dominus adesse voluerit<sup>(k)</sup>, silicet quousque<sup>(l)</sup> granum<sup>(m)</sup> a paleis excuti debet; tempore vero excursionis expensis coloni dominus adsit, prout moris est, dominis licentiam<sup>(n)</sup> habentibus partiendi sectos in fundo fructus, ita quod colonus debeat trahere ipsos fructus ad villam, et post excursionem, prout moris est, vel conventio exigit, ad civitatem Mediolani. Si<sup>(o)</sup> autem coloni dominos contempnendo<sup>(p)</sup> contrafacere presumpserint, tanquam in re sibi locata<sup>(q)</sup> male versati, si dominis<sup>(r)</sup> placuerit expellantur; et dampnum allatum<sup>(s)</sup> pro temeritate sub arbitrio iudicantium exsolvare cogantur.

6) Statuerunt insuper<sup>(t)</sup> quod villani debeant iurare salvare res hominum Mediolani quando iurant salvamentum loci sui.

7) De vineis quoque laudaverunt ut coloni vineas dominorum ut suas<sup>(u)</sup> bene custodian, stercorent et colant; et si contrafecerint similiter sub arbitrio iudicantium damnum resarciant<sup>(v)</sup>.

8) Quod de presentia domini vel eius missi in fructibus fundorum percipiendis dixerunt, ita etiam in uvis colligendis laudaverunt. Medietatem vini quousque de uvis competenter exprimi possit, arbitrio silicet dominorum, ex suo decreto dominis concesserunt, pusca tantum<sup>(w)</sup> colonis<sup>(x)</sup> ultra medietatem vini sine fraude conservata. Nec liceat eisdem colonis quasi propter hoc indignatis<sup>(y)</sup> terram vel vineam dimittere, alioquin supradictis, modis coercentur<sup>(z)</sup>. Nec pro aratura vel vindemiatura aliquid coloni accipiant vel alii tribuant. Et si dominis placuerit, licentiam habeant partiendi in vineis uvas collectas; ita tamen ut de uvis collectis a massariis et partitis domini suis expensis vinum faciant.

LXXV. — (l) f. (= scilicet) C. (m) et B. (n) malitia C, malitia D. Nell'indicare le varianti non tengo nota dei ditonghi. (o) f. (= scilicet) C, D, malamente interpretato dal Porro in idest e dal Berlan in decretum. (p) ipsius C, D. (q) fraudulenter C. (r) malitia C, D e cost sempre. (s) damnum C, D e cost sempre. (t) statuerunt ut ne C, D. (u) hoc manca in C, D. (v) terram suam ei locare audeat C, D. (w) domino resarcire arbitrio consulum vel alterius iudicis cogatur C, D. (x) competenter D. (y) colentium D. (z) ipsius loci universitatis C, D. (a) expressum ut supra dictum est, conventionem dominus B. (b) poterit C, D. (c) vel manca in C, D. (d) collere B. (e) cuiusquam B. (f) restitut C, D. (g) parciari C, D. (h) fondo B, e similmente sempre in B fondus per fundus. (i) abstraere B. (j) sui nuntii C, D. (k) si adesse voluerit dominus suis expensis C, D. (l) silicet quousque manca in D. (m) granum manca in B. (n) licentiam B. (o) Sin C, D. (p) contempnendo C, D. (q) in rem sibi locatam C, D. (r) domino C, D. (s) illorum C, D. (t) quoque C, D. (u) salvas B. (v) resarcire damnum C, D. (w) tamen C, cum D. (x) colono C, D. (y) indignati C, D. (z) coercentur B.